



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

In iudice tria sunt timenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

præcedenti capitulo in principio,
 Quarto, quia erubescibile, quia omnia quæ modo fiunt in tenebris, erunt in lumine. Auctoritates uide in præcedenti capitulo, ibi peccatorum denudatio. Quinto erit incommutabile. **Prou, 6.** Pro. 6. Zelus & furor uiri non parces in die uindictæ, nec acquiescet cuiquam præcibus, nec suscipiet pro redemptione dona, &c.

In iudice tria sunt timenda.

Eius indignatio, siue ira. Tanta enim erit indignatio & ira eius quòd uirtutes cælorum commouebuntur, sicut dicit Lucas. **Apoc. 6** Tunc dicent montibus & petris cadite super nos, &c. Vnde **Iob, 31.** Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me, & abscondas me donec pertrahat furor tuus? &c. Et P. Augustinus. Mallet nobis probi omne tormentum sustinere, quàm faciem iudicis irati uidere, &c. **Pro, 26.** Eius inflexio; non enim poterit morari à iustitia **Prou.** Zelus & furor uiri nõ parces in die uindictæ, nec acquiescet cuiusquàm præcibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. **Chris.** Chrysostomus. Tunc nec diuitie de diuitibus, nec parentes pro parentibus

Prou, 6.

Luc. 21
Apoc. 6
Iob, 31.

Augus.

Pro, 26.

Chris.

intercedunt, nec angeli sicut solebāt,
 pro hominibus faciunt uerbum. Eius
 subtilis examinatio. Scrutabor hieru-
 salem in lucernis, dicebat Propheta.
 Iudicium enim turbant tria, scilicet,
 Si sit ex defectu iustitiæ. iuxta nanq;
 modum culpæ debet esse mensura pē-
 næ. propterea dicebat seruator. Nolite
 iudicare secundum faciem, sed ius-
 tum iudicium iudicate. Nam in
 quo iudicio iudicaueritis, iudicabi-
 mini, & in qua mensura mensi fuerit-
 is; remetietur uobis, &c. Secundo
 fiet ex defectu scientiæ. Vnde Pau-
 lus. Nolite ante tempus iudicare.
 Vnde Pater etiam Augustinus ait.
 Iudicis magna iniuria est, si ante tem-
 pus seruo procedit sententia. Ter-
 tio fit ex defectu auctoritatis. Vn-
 de Paulus. Quid enim mihi de his
 qui sunt fortis iudicare? Non ne de
 his qui intus sunt uos iudicatis? Nam
 eos qui foris sunt, Deus iudicabit.

Auferte malum ex uobis ipsis,
 &c. Idem. Tu quis es qui
 iudicas alienum ser-
 uum? suo domi-
 no stat, aut
 cadit.

Io. 7.

Matt. 7

1, Co. 4:

Augus.
Iob. 29.

1, Co. 5.